

Petrus de Vinea

*Ep. III 50 (Benignitate solita
recepit nostra serenitas...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. III 50 (Benignitate solita
recepit nostra serenitas...)*

1247-1250

Respondet cuidam nobili fideli suo super petitis.

1. Benignitate solita recepit nostra serenitas litteras, quas nostro culmini destinasti, et quae continebantur in eis, intelleximus diligenter. 2. Ad quorum significata, deuotioni tuae taliter respondemus, quod, quia de facto Iacobi de... per alias sacras nostrae maiestatis litteras tibi scripsisse recolimus nostrae beneplacitum uoluntatis, expedire non uidemus ad presens aliud exinde dare responsum. 3. De alio uero, quod scripsisti, te iuxta mandatum nostrum filiam tuam... marchioni de Homburg per coniugalem copulam tradidisse, nostrae satis complacet maiestati.